Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



iosue & intfecit eos atq; suspendit sup lignum; stipitesq; fue
runtq; suspensi usq; ad uesperam. Cumq; occuberet sol precepit
socius ut deponerent eos de patibulis. Qui depositos in spelun
cam piecerunt in qua latuerunt & posuerunt super ei saxa ingentia.
quae permanent usq; in presens. Eodem die macedam quoq; cepit iosue. & percus
sit in ore gladii. Regemq; illius interfecit. & omnes habitatores eius.
Non dimisit in ea saltum paruas reliquias; fecitq; regi macedae. sicut
fecerat regi hiericho. Transiuit q; cum omni israel de macedae in leb
nam. & pugnabat contra eam. quam tradidit dominus cum rege suo in manus
israel. Percussitq; urbem in ore gladii & omnes habitatores eius. non di
misit in ea ullas reliquias. fecitq; regi lebnae. sicut fecerant regi
hiericho. De lebna transiuit cum omni israel in lachis. & exercitu
per gyrum disposito ob[illegible] pugnauit eam. Tradidit q; dominus lachis in
manu israel & cepit eam die altero. atq; percussit in ore gladii.
omnemq; animam quae fuerat in ea. sicut fecerat lebnae. Eo tempore as
cendit hiram rex gazer. ut auxiliaretur lachis. quem percussit cum iosue
omni populo eius usq; ad internitionem. Transiuitq; lachis in eglon.
& circumdedit atq; expugnauit eam eadem die. Percussitq; in ore gla
dii omnes animas quae in ea erant. iuxta omnia quae fecerat lachis.
Ascendit quoq; cum omni israel de eglon in ebron. & pugnauit contra
eam. cepitq; & percussit in ore gladii. Regem quoq; eius & omnia op
pida regionis illius. uniuersasq; animas quae in ea fuerant commorantes.
non reliquit in ea ullas reliquias; sicut fecerat eglon sic fecit ebron.
cuncta quae in ea reperit consumens gladio. Inde reuersus in dabir.
cepit eam atq; uastauit. Regem quoq; eius & omnia per circuitum
oppida percussit in ore gladii. non dimisit in ea ullas reliquias; sicut
fecerat hebron & lebnae & regibus earum. sic fecit dabir & regi
illius. Percussitque iosue omnem terram montanam & meridianam atq;
campestrem. & asedoch cum regibus suis. Non dimisit in ea ullas re
liquias. sed omne quod spirare poterat interfecit. sicut precepit eis dominus
deus israel. a cadesbarne usq; gazam. Omnem terram gesen usq; ga